



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 54. Mendax rumor de födere inter Triumviro, Hispaniæ Regem, Papam & Helvetios a Calvinistis sparsus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Eodem tempore Condæus fœderis, quod ipse cum sociis suis pro Regis, ac conscientiarum libertate inierat, formulam subjicit, in qua fœderati in rebellionis suæ caput eligebant Condæum Principem, atque illum legitimum Francici Regni vindicem, ac Protectorem proclamabant, eique in omnibus, quæ hujus fœderis executionem speçtant, obsequium jurata fide præstabant, percusso fœdere, quod eo usque duraret, donec Rex ad legitimam Regnum administrandi ætatem pervenerit: insuper Condæo promittebant, se arma, equos, pecunias, annonam, omniaque ad bellum necessaria suppedidaturos, ut bellum inferri posset Triumviris, quos pro læsæ Majestatis reis, ac proditoribus habebant,

#### §. LIV.

*Mendax rumor de foedere inter Triumviro, Hispaniæ Regem, Papam, & Helveticos initio a Calvinistis sparsus.*

*Thuan. l. 29.* Ut Calvinistæ rebellionis calumniam, ac initi fœderis invidiam imminuerent, aliud contrâ se fœdus a Triumviris esse initum, nequiter spargebant, ejusque formulam divulgabant, in qua Dux fœderis Philippus II. Hispaniæ Rex erat

erat nominatus, ac Navarræ Regnum Sæcul. XVI.  
 Antonio Regi se redditum polliceba- A C 1562.  
 tur, ea lege, ut hic contra sectarios ar-  
 ma caperet, si vero istorum partibus ad-  
 hæreret, Guiſius Dux cum Regiis co-  
 piis, aliisque, quas Philippus submit-  
 tere promisſet, illum bello invaderet:  
 huic quoque foederi accederent Ponti-  
 fex, & Catholici Helvetiorum Pagi æ-  
 que ac imperator, qui interea operam  
 dabit, ne ulli militum delectus in Ger-  
 mania a Protestantibus in sectariorum  
 opem haberentur. Ceterum circa hoc  
 foedus Thuanus hæc subjungit: *de hu-*  
*jus foederis fide ut merito dubitem, sicuti*  
*multa me movent, ita credulos, ac suspen-*  
*sos novarum rerum spe animos non solum*  
*apud nos, sed in Germania, ac per totum*  
*Septentrionem ejus evulgatio pro tempore*  
*tantopere commovit, ut in hisce regioni-*  
*bus ob falsum hunc rumorem ingentes*  
*pecuniarum summæ pro hoc bello in*  
*Calvinistarum favorem corraderentur,*  
*cunctique Protestantes Principes copias*  
*conſcribendi facultatem Condæo Prin-*  
*cipi concederent.*

## §. LV.

*Regia libertas comprobata, ac Ja-*  
*nuarii editum publico scripto*  
*confirmatum.*

F f 4

Eo-